N. 3549.

CURRENDA XIX.

A. D. 1863.

N. præs. 145.

Epistola encyclica SS. Papæ Pii IX. intuitu calamitatum Esiæ in Republica Neo-Granada.

„Venerabilibus Fratribus Antonio Archiepiscopo S. Fidei de Bogota, et Episcopis Eius Suffraganeis in Neogranatensi Republica.

PIUS PP. IX.

Venerabiles Fratres Salutem et Apostolicam Benedictionem,

Incredibili afflictamur dolore, et una Vobiscum ingemiscimus, Venerabiles Fratres, cum noscamus quibus nefariis, dirisque modis a Neogranatensis Reipublicae Gubernio catholica impetitur, perturbatur, ac dilaceratur Ecclesia. Equidem verbis satis exprimere haud possumus multiplices sacrilegosque ausus, quibus Gubernium idem gravissimas Nobis, et huic Apostolicae Sedi iniurias afferens sanctissimam nostram religionem, ejusque veneranda jura, doctrinam, cultum, sacrosque Ministros conculcare ac destruere contendit. Namque idem Gubernium duos praesertim ab hinc annos infandas edidit leges et decreta, quae catholicae Ecclesiae, ejusque doctrinae, auctoritati, juribusque vel maxime adversantur. Hisce enim iniquissimis legibus ac decretis inter alia, sacri ministri prohibiti sunt ecclesiasticum ministerium exercere sine civilis potestatis venia, et omnia Ecclesiae bona usurpata, divendita, ac propterea parochiae, et Religiosae utriusque sexus Familiae et Clerus, ac Valetudinaria, Domusque Refugii, piaeque Sodalitates, Beneficia et Capellaniae etiam juris patronatus suis reditibus spoliatae. Atque per easdem iniustissimas leges, et decreta legitimum Ecclesiae acquirendi, ac possidendi jus omnino oppugnatum, et cujusque acatholici cultus libertas sancita, et omnes utriusque sexus Religiosae Familiae in Neogranatensi territorio morantes de medio sublatae, earumque existentia plane interdicta, et vetita etiam omnium Litterarum, et cujusque Apostolicae hujus Sedis Rescripti promulgatio, et exsilii poena ecclesiasticis viris, laicis vero multae et carceris indicta, si huic ordinationi obedire recusaverint. Insuper eisdem detestandis legibus ac decretis statuitur, ut utriusque Cleri viri exsilii poena afficiantur, qui legi circa bonorum Ecclesiae spoliationem obtemperare detrectaverint, utque omnes ecclesiastici homines sacri ministerii munia obire minime queant, nisi primum juraverint, se Neogranatensis Reipublicae constitutioni, cunctisque illius legibus Ecclesiae tantopere adversis jam editis, et in posterum edendis obsequi, ac simul exsilii poena iis omnibus infligitur, qui hujusmodi impium, illicitumque jusiurandum praestare minime voluerint. Haec et alia multa omnino iniusta et impia, quae singillatim

commemorare taedet, contra Ecclesiam a Neogranatensis Reipublicae Gubernio, proculcatis omnibus divinis, humanisque juribus, sunt constituta.

Cum autem vos, Venerabiles Fratres, pro egregia vestra religione, et virtute haud omiseritis tum voce, tum scriptis constanter obsistere tot iniquis sacrilegisque ejusdem Gubernii ausibus, et decretis, atque Ecclesiae causam et jura impavide propugnare, tum ejusdem Guberni furor in Vos, omnesque ecclesiasticos viros Vobis addictos, ac proprii officii, et vocationis memores, et in omnia, quae ad Ecclesiam pertinent, saevire non destitit. Quapropter Vos fere omnes miserandum in modum afflicti, ac militari manu comprehensi a vestro grege violenter distracti, in vincula coniecti, in exsilium pulsi, et in pestiferi aeris regiones amandati, et ecclesiastici viri, ac Religiosarum Familiarum Alumni pravis Gubernii ordinationibus merito obstantes vel in carcerem detrusi, vel exsilio multati mortem occubuere, vel in silvis vitam agere coacti sunt. Cum vero omnes Virgines Deo devotae ab ipso Gubernio furenter, crudeliterque a propriis Monasteriis expulsae, et ad rerum omnium inopiam redactae, fuerint a piis fidelibus tristissima illarum conditione vehementer commotis humaniter in proprias domos receptae et admissae, id aegerrime ferens Gubernium minitatur, velle illas ex eorumdem fidelium domibus expellere ac disperdere. Hinc sacra Templa et Coenobia nudata, spoliata, polluta, et in militarium stationum usum commutata, eorumque sacra supellex, et ornamenta direpta, hinc sacrorum cultus sublatus, et christianus populus legitimis suis pastoribus orbatus, omnibusque divinae nostrae religionis praesidiis misere destitutus, cum summa Nostra, Vestraque aegritudine in maximo aeternae salutis discrimine versatur. Ecquis catholicis, humanisque sensibus animatus non vehementer ingemiscet, cum videat a Neogranatensi Gubernio tam gravi, tamque crudeli persecutione catholicam Ecclesiam, ejusque doctrinam, auctoritatem, sacrasque personas oppugnari, ac tantas ab ipso supremae Nostrae, et Apostolicae hujus Sedis auctoritati iniurias et contumelias inferri?

Atque illud vel maxime dolendum, Venerabiles Fratres, quod nonnulli ecclesiastici homines existere potuerint, qui pravis ipsius Gubernii legibus et consiliis obsequi, favere, et commemoratum illicitum obedientiae juramentum praestare non dubitarunt cum maximo Nostro, vestroque moerore, et bonorum omnium admiratione ac luctu.

In hac igitur tanta rei catholicae clade, tantaque animarum pernicie Apostolici Nostri officii probe memores, ac de omnium Ecclesiarum bona vel maxime solliciti, et Nobis, ut olim Prophetae, indictum existimantes „Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, et annuntia populo meo scelera eorum, et domui Jacob peccata eorum" 1.) hisce Litteris Apostolicam Nostram attollentes vocem, omnia gravissima damna et iniurias a Neogranatensi Gubernio Ecclesiae, ejusque sacris personis ac rebus, et huic Sanctae Sedi illatas incessanter querimur, et gravissime exprobramus. Atque omnia et singula, quae sive in his, sive in aliis rebus ad Ecclesiam, ejusque jus spectantibus ab eodem Neogranatensi Gubernio, et ab inferioribus quibusque illius Magistratibus decreta, gesta, seu quomodolibet attentata sunt, Auctoritate Nostra Apostolica reprobamus, damnamus, et leges ac decreta ipsa cum omnibus inde

1) Isaias c. 58. v. 1.

sequutis eadem Nostra Auctoritate abrogamus, et irrita prorsus, ac nullius roboris fuisse, et fore declaramus. Ipsos autem illorum auctores etiam atque etiam in Domino obtestamur, ut tandem aliquando suos oculos aperiant super gravissima vulnera Ecclesiae imposita, ac simul recordentur, serioque considerent censuras et poenas, quas Apostolicae Constitutiones, et Generalium Conciliorum Decreta contra Ecclesiae jurium invasores facto ipso incurrendas infligunt, et iccirco amimae suae misereantur prae oculis habentes „quoniam durissimum iis, qui praesunt fiet judicium“ „2.) Atque etiam omni studio illos ecclesiasticos viros, qui Gubernio faventes a proprio officio misere declinarunt, monemus, et exhortamur, ut sanctam suam vocationem animo reputantes in justitiae, veritatisque viam redire properent, et illorum ecclesiasticorum hominum exempla aemulentur, qui etiamsi infeliciter lapsi praescriptum a Gubernio obedientiae juramentum prestiterunt, tamen cum ingenti Nostro, ac suorum Antistitum gaudio idem jusiurandum retractare, ac damnare gloriati sunt.

Interim vero amplissimas meritasque Vobis tribuimus laudes, Venerabiles Fratres, qui laborantes sicut boni milites Christi Jesu, ac strenue in agone certantes singulari constantia et fortitudine, quoad per Vos fieri potuit, seu voce, seu Litteris Ecclesiae causam, ejusque doctrinam, jura, libertatem defendere, vestrique gregis saluti accurate consulere, eumque contra impias inimicorum hominum molitiones, et circumstantia religionis pericula praemunire haud omiseritis, gravissimas omnes iniurias, molestias, et asperrima quaeque episcopali robore tolerantes. Itaque dubitare non possumus, quin pari studio et contentione, quantum in Vobis est, pergatis, ut adhuc cum maxima vestri nominis laude fecistis, divinae nostrae religionis causam propugnare, et fidelium saluti prospicere.

Debitas quoque laudes deferimus fideli Neogranatensis Reipublicae Clero, qui suae vocationis servantissimus, et Nobis, atque huic Petri Cathedrae, suisque Antistitibus addictus propter Ecclesiam, veritatem et justitiam tam vehementer exagitatus immanem omnis generis insectationem patientissime est perpessus et patitur.

Non possumus quin admiremur et laudemus tot Virgines Deo sacras, quae etiamsi a suis monasteriis violenter expulsae, et ad tristem egestatem redactae, tamen caelesti Sponso firmiter adhaerentes, ac miserrimam, in qua versantur, conditionem christiana virtute perferentes, non cessant dies noctesque effundere corda sua coram Deo, Eumque humiliter enixeque pro omnium, ac suorum etiam persecutorum salute exorare. Collaudamus item catholicum Neogranatensis Reipublicae populum, qui ex parte longe maxima in veteri suo erga catholicam Ecclesiam, ac Nos, et hanc Apostolicam Sedem, et erga suos Antistites amore, fide, reverentia et obedientia perseverat.

Ne cessemus autem, Venerabiles Fratres, adire cum fiducia ad thronum gratiae, et humillimis ac ferventissimis precibus misericordiarum Patrem ac Deum totius consolationis sine intermissione orare et obsecrare, ut exurgat et judicet causam suam, et Ecclesiam suam sanctam a tantis, quibus istic, et ubique fere orbis premitur, calamitatibus eripiat, eamque opportuno auxilio soletur, et optatissimam diu in tot, tantisque adversis serenitatem, et pacem cle-

1) Sap. 8.

mentissime largiatur, omniumque misereatur secundum magnam misericordiam suam, atque omnipotenti sua virtute efficiat, ut omnes populi, gentes, nationes Ipsum, et Unigenitum Filium suum Dominum Nostrum Jesum Christum una cum Sancto Spiritu agnoscant, adorent, timeant, ac ex toto corde anima ac mente diligant, et omnia divina mandata ac praecepta religiose observantes, ut filii lucis ambulent in omni bonitate, justitia, et veritate.

Demum omnium caelestium munerum auspicem, et certissimum praecipuae Nostrae in Vos benevolentiae pignus Apostolicam Benedictionem ex imo corde depromtam Vobis ipsis, Venerabiles Fratres, et gregi vestrae vigilantiae concredito peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die 17. Septembris Anno 1863. Pontificatus Nostri Anno Decimoctavo".

Venerabiles in Christo Fratres! Rursus vox SS. Patris moerore afflictissimi ad Nos intonat haud eum in finem, ut nos quoque tristitia afficiat, verum ut ad fervidissimas flectat preces pro avertendis funestissimis malis, quibus Regimen Reipublicae Granatensis in Septemtrione Americae Meridionalis consistentis Ecclesiam impetit, omnia jura ejus, in Europa prius hinc inde deplorata, aut deploranda adhuc; sed rursus recuperata aut recuperanda, susque deque vertit.

Annuentes ergo Votis Suæ Sanctitatis pientissimis, considerantesq. rerum adjuncta, iterum atque iterum genua flectamus ante thronum divinae Majestatis, efflagitantes auxilium Ipsissimi Salvatoris nostri sub variis navigii Ecclesiae procellis.

Tarnoviae 20. Oct. 1863.

N, 2569.

Documenta, Inventaria, Philurae Missarum e fundo Religionis, Liber implendarum Obligationum &c, penes translationem relinquenda sunt in loco.

Rursus accidit casus, quod quidam Inventarium buch. alius Philuram Missar. aut Protocollon gestionis... secum transportaverat, quin aliquam in loco reliquissit adnotationem desuper. Hoc perverso agendi modo Successores in munere orbantur variis adminiculis, imo comittitur furtum, ferme *sacrilegio* redolens &&c.

Officii Nostri ducimus, iterum atque iterum tot sub hocce obtutu emissas Ordinationes in memoriam revocare et animadversiones renovare, ne amplius ad reprehensiones inamoenas et recuperationes hujusmodi provocemur... quinimo Perillustr. Decanis invigilantiam commendare.

Tarnoviae 16. Aug. 1863.

N. 3023.

Officia Decani circa Condecanalium disciplinam.

Legimus nuperrime in codice nostro ecclesiastico sequentia, ab iis, quos fors attineret, nunquam satis ruminanda et serio recogitanda sat horribilia verba:

„*Decanus* solet omnis ille dici, qui aliis præest sacerdotibus.

Decani Episcopo oculi et auris loco sint; — de omnibus, quæ curam animarum et legum ecclesiasticarum observantiam attinent, speculatores sunt instituti; — presbyterorum, qui per minores titulos habitant, vitam jugi circumspectione custodiant, et qua unusquisque industria divinum opus exerceat, Episcopo suo renuntient.

Si quis decanorum, cum muneris sui ratio id postulet, Episcopum de scandalis vel gravi eorum suspicione non admonet, offensæ divinæ et detrimenti animabus illati complicem se esse sciat."

Utinam Decani Nostri verba hæc sæpius mente revolverent et fidelissime exequerentur! minus certe detrimenti et plurimum gaudii in Ecclesia Jesu Christi exinde resultaret!!! *Cap. IV. de off. Arch.*

Officium Decanale tres constituunt Personæ, omnes ad invigilantiam obligatæ, quae saepe inter se foveant consilium de admonendis, corrigendis, uniendisq. seu reconciliandis Confratribus, ne quis *mercenarius* aut *scandalisator* inter Condecanales inveniatur.

Tarnoviae die 17. Sept. Impress. Stigmat S. Franc. 1863.

N. 1766. 1803. 1804. 1820. 1830. 1941. 1943. 2008. 2629. 2779.

V. Wykaz składek na cele pobożne.

Dalszy ciąg do Kur. XVIII.

I) JX. Seb. *Zapała* Pleban Zgórski ofiarował 2 złr. na grób Jerozolimski. II.) Dekanat *Dobczycki* 66 złr. 40 kr. na Missye., mianowicie a) Ś. *Bonifacego* 9 złr. 20 kr. mianowicie *Dziekanowice* i *Wiśniowa* po 40 kr. *Gruszów* i *Tarnawa* po 50 kr. *Droginia, Raciechowice* i *Łapanów* po 1 złr. *Trzemeśnia* 1 złr. 10 kr. *Zakliczyn* 1 złr. 30 kr. a *Siepraw* 2 złr. b) na Missye w *Ameryce* 16 złr. 10 kr. a to *Wiśniowa* 40 kr. *Dobczyce* i *Gruszów* po 60 kr. *Dziekanowice* 80 kr. *Tarnawa* 1 złr. *Raciechowice* 1 złr. 20 kr. *Droginia*, *Trzemeśnia* i *Zakliczyn* po 1 złr. 50 kr. *Łapanów* 2 złr. *Siepraw* 5 złr. c) Na *Mis. Afrykań.* 16 złr. 10. kr. tak jak pod b) d) Na *Missye wschodu i Jerozolimy* 25 złr. jako to: *Dobczyce* 68 kr. *Wiśniowa* 80 kr. *Dziekanowice* 1 złr. *Gruszów* 1 złr. 30. kr. *Tarnawa* i *Zakliczyn* po 1 złr. 50 kr. *Droginia* 2 złr. *Trzemeśnia* 2 złr. 50 kr. *Raciechowice* 2 złr. 60 kr. *Łapanów* 3 złr. *Siepraw* 8. złr 12 kr. III) Dekan. *Bobowski* na Missye *Amerykańskie* 7 złr. 40 kr. na którą kwotę złożyli Proboszczowie z *Ciężkowic* i z *Grybowa* po 1 złr. *Podolski* 94 kr. *Bobowski* 40 kr. *Jastrzębski* 35 kr. reszta 9 JXX. Plebanów po 30 kr. a JX. Wikaryusz z *Grybowa* 50 kr. z *Ciężkowic* 30 kr. z *Ptaszkowéj* 20 kr. IV) JX. Pleban *Szynwałdu* i Poddz. Pilźn. przysłał 1 złr. 40 kr. na kościółek Ś. Wojciecha. V) Dekanat *Bialski* wyszczególnił się, bo złożył 125 złr. na *Missye* i na pogorzelców *Lipnicy*, Kalwaryi Pacławskiéj, i t. d. 19 złr. 30 kr. jak się to okazuje z opisu następującego: Na grób P. Jezusa, na Missye w Palestynie, Syryi, w Azyi, Afryce, Ameryce, Ś. Bonifacego, ś. Dziecińśtwa Jezu, i t. d. z Bestwiny 27 złr. 26 kr. z *Białéj* 6 złr. 20 kr. z *Dankowic* 5 złr. z *Hałcnowa* 10 złr. *Jajszowic* 3 złr. 60 kr. Kóz 9 złr. 40 kr. z *Lipnika* 11. złr. z *Międzybrodzia* 2 złr. 40 kr. z *Pisarzowic* 26 złr. 60 kr. ze *Staréj wsi* 9 złr. 30 kr. z *Wielomowic* 22. złr. 50 kr. na pogorzelców w ogólności z *Komorowic* wyłącznie 11 złr. między temi sumkami znajdują się kwoty na rzecz dziecińśtwa Jezu w Chinach tylko z *Bestwiny* 6 złr. 96½ kr. z *Lipnika* 3 złr. z *Pisarzowic* 13 złr. a z *Wielomowic* 10 złr. do których miejsc obrazki missyjne posłano.

jako i do Dek. Żywieck. i do Tłuczani VI) Dek. *Bocheński* 2 złr. na dom poprawy żeńskiéj w Wenecyi. JXX. Proboszczowie z *Chełmu* i *Rzeżawy* po 1 złr. VII) Dek. Wadowski 21 złr. 40 kr. na Missye od JX. Plebanów *Barwald.* 6 złr. z *Tłuczani* 1 złr. 40 kr. od parafian *Tłuczańskich* na ś. Dzieciństwo Jezu 15. złr. VIII) Dek. *Wielopolski* na wszystkie Missye 27 złr. 20 kr. IX) Dek. *Żywiecki* 180 złr. 27 kr. na Missye w Afryce, Ameryce, Jeruzalem, w Chinach, Turcyi, S. Bonif. Ś. Seweryna w nie równych cząstkach, jako to: *Cięcina* 10 złr. *Jeleśnia* 16 złr. a X. *Godawski* wikary 1 złr. *Koszarawa* 4 złr. 30 kr. *Lipowa* 25 złr. *Łodygowice* 27 złr. *Milówka* 4 złr. 42 kr. *Radziechowy* 12 złr. *Rajcza* 6 złr. *Rychwałd* 13 złr. JW. Hr. *Poniński* 5 złr. *Ślemień* 34 złr. a osobno 5 złr. w Chartum dla Jana *Ślemieńskiego. Szczyrk* 9 złr. 30 kr. *Wilkowski* kapelan 2 złr. 50 kr. parafianie 50 kr. *Zywiec* 4 złr. 95. kr. na rzecz ś. Dzieciństwa Jezu okazuje się suma 17 złr. 95 kr. X) Szkoła główna w *Nowymtargu* 6 złr. 59 kr. na kościołek Ś. Wojciecha w Krakowie.

Niech pobożna ta jamużna jako i modły tych Stowarzyszeń ku nawróceniu pogan i t. d. nie mniéj i nawróconych i pocieszonych wyjedna wspomnionym Dawcom mnogie błogosławieństwo oraz niech pobudzi innych do podobnéj gorliwości o rozszerzenie Królestwa Bożego i do wspierania nieszczęśliwych i t. d. Tarnów od Czer. do 4. Wrz. 1863.

N. 2633.

Relatio de progressu Missionum in Africa centrali.

Exc. C. R. Commissio Locumten. Cracov. sub 13 Aug. a. c. N. 19656 sequentia de fatis Congregationis Marianæ intuitu Missionum in Africa centrali Nobis pandit:

„Uiber Ansuchen des Comité des Marien-Vereines zur Beförderung der katholischen Mission in Central-Afrika wird dem hochwürdigen bischöflichen Ordinariate zufolge Weisung des h. Staatsministeriums vom 4. d. M. Z. 7875 C. U. Nachstehendes bekannt gegeben.

Ein Bericht über das Wirken der katholischen Mission in Central-Afrika im letztverflossenen Jahre könnte nichts Erhebliches mittheilen, da das bekannte Ableben des apostolischen Provikars P. Reinthaler die Unterbrechung verläßlicher Mittheilungen zur Folge hatte.

Wie unangenehm dieses auch dem Comité des Marien-Vereines fällt, so kann es doch den Gönnern der Mission die beruhigende Nachricht zukommen lassen, daß fortwährend derselben alle Aufmerksamkeit zugewendet wird, und das Comité es nicht ermangeln läßt, die Mission im gedeihlichen Zustande zu erhalten. Da die verminderte Zahl der Missionspriester die Ernennung eines neuen Pro-Vikars für dermal unthunlich macht, so hat die Propaganda den apostolischen Delegaten von Egypten Mr: Pasqual Vucic zum Visitator der Mission ernannt, und das Comité hat nicht gesäumt, mit demselben sich in das Einvernehmen zu setzen, so, daß, was dem heiligen Zwecke dienlich sein kann, mit gemeinsamen Einverständniß angeordnet wird.

Legt der mit erneuerter Betriebsamkeit wieder aufgenommene Menschenraub der Missionsthätigkeit in den oberen Gegenden bedauerliche Schwierigkeiten in den Weg, so hat

dafür Chartum neue Bedeutung erhalten; dort findet sich eine christliche Gemeinde, zwar in beschränkter Zahl, aber allmählich sich mehrend. Sie hat in dem tirolischen Franziskaner Ordenspriester P. Fabian Pfeifer einen Superior, dessen eifriges Bestreben fortwährend dahin gerichtet ist, Neger zur christlichen Religion zu bekehren. Ist auch dermal der Gesundheitszustand der dortigen Missionsglieder ein befriedigender, so wird doch die Aufsetzuug eines Stockwerkes auf das tief gelegene obenerdige Missionsgebäude als zur Verhütung von Krankheiten für zweckmäßig, ja unentberlich gehalten.

Gerne würde das Comité zu diesem Unternehmen die Hand biethen, allein da dieser Aufbau auf 8000 bis 9000 Thaler veranschlagt ist, so fehlen die Mittel hierzu, in dem die vorhandenen Beträge lediglich hinreichen, die Mission zu erhalten und die Bedürfnisse der Glieder derselben zu decken. Ein Südtiroler P. Abundius aus dem Franziskaner Orden ist Superior in Schellal; die zweckmäßige Sparsamkeit, welche beide Patres be Verwendung der Missionsgelder an den Tag legen, muß mit dem Comité auch sämmtliche thatsächliche Förderer der Mission höchlich befriedigen. Es ist nur zu wünschen, daß bei diesen der gute Wille zur Unterstützung der Mission, wie es bisher geschehen ist, unverändert sich erhalte, indem daran die gegründete Hoffnung ihrer erneuerten Wirksamkeit sich knüpft, zumal der mit dem seraphischen Orden geschlossene Vertrag dem Comité ungeschmälerten Einfluß auf dieselbe sichert.

Auch in dem letzt verflossenen Jahre hat sich die Theilnahme für die Mission befriedigend erwiesen, indem zu dem in dem zehnten Jahresberichte ausgewiesenen Kassareste von 13382 fl. 44½ kr. bis Ende des Monats Mai 1863. neuerdings 13200 fl. eingingen.

Hiedurch ergibt sich eine Gesammt-Einnahme von . . . . 26582 fl. 44½ kr.
Werden hievon die Ausgaben mit . . . . 13761 fl. 54½ kr.
abgerechnet, so zeigt sich mit 1. Juni 1863 der Kassastand mit . . 12820 fl. 90 kr.

Clamamus quotidie ad Patrem coelestem: *Adveniat regnum Tuum!* Ad has preces addamus eleemosynam et sic, sub benedictione divina, fortiter sublevabimus Institutum isthoc piissimum.

Tarnoviae die 8. Sept. 1863.

L. 3666 z r. 1862.

Wykład obrzędów Mszy ś. szczególniéj dla kapłanów.

Ciąg dalszy do kur. XVI.

O łasce z ofiary na kościół cierpiący spływającéj.

Strumień łask, który na ółtarzu wytryska, chce kościół św. (w Memento za zmarłych) najpiérwéj tam skierować, gdzie dusze wiecznego spoczynku z tęsknotą wyglądają. Kościół błaga za niemi za pośrednictwem ofiary w pewnéj wierze, że najdroższa krew, która przelaną była za wielu na odpuszczenie grzéchów, nie tylko dla zbawienia żyjących, ale też dla ulgi zmarłych, którzy w Czyscu pokutują, skuteczną jest. Tak Chrystus po swéj śmierci wstąpił do otchłani, aby „tym, którzy w ciemnicy byli, duchom przyszedłszy przepowiadał... (I Petri 3, 190.) Słusznie to *wstąpienie do piekieł* w składzie wiary jako akt z ofiary wypływający, którą Odkupiciel na krzyżu dokonał, ogłasza się, przeto walczyć też mamy za naszych zmarłych, aby weszli w obcowanie tych, których Chrystus z więzienia

wyswobodził. W jak ścisłym tu związku poprzednie są modlitwy kanonu, wskazuje słowo „etiam," które Memento za zmarłych z „Memento" za żyjących łączy. Nie bez przyczyny msza porównaną bywa z Sądem (Unde et Canon *actio* vocatur, quia in missa causa populi cum Deo judice agitur; sacerdos est defensor. Honorius lib. 1, cap. 80) Gdy najwyższy Pan nad rodem ludzkim wyrzec ma wyrok, że „jest winny," występuje w konsekracyi Odkupiciel jako pośrednik, którego pośrednictwo kto sobie przyswoi, uniewinnionym zostaje. Przed konsekracyją gromadzą się winowajcy pod opiekuńczemi skrzydłami swego pośrednika; nad zmarłemi zaś wyrok już zapadł, przeto ich wspomina się dopiéro po konsekracyi; za niemi prosi kościół tylko o ułaskawienie.

Kościół wypomina tych, *którzy nas* teraz żyjących *poprzedzili* do wieczności *ze znakiem wiary* t. j. odrodzeni z wody i Ducha św. a krzyżem Chrystusowym naznaczeni *i zasnęli snem pokoju* t. j. którzy nie są od jedności z Chrystusem Panem, a tem samem i z kościołem jego, nie są odłączeni ani kacerstwem, ani grzechami ciężkiemi. Dusze bowiem, w czyscu będące, nie są od kościoła oderwane, inaczéj nie możnaby ich przy konsekracyi ciała Chrystusowego wspominać. Nie można wątpić, że ta ofiara zmarłym pożyteczną jest, ale tylko tym, którzy przed śmiercią tak żyli, aby im ona po śmierci pożyteczną być mogła. Tym, którzy żyjąc umyślnie pogardzali darem wiary świętéj, a zatem odrzucali zarazem i te zbawienia środki, które taż święta podaje wiara; t. j. Sakramenta, i zeszli z tego świata trwając w rzeczonéj pogardzie, tym mówię ani ofiara mszy świętéj, ani inne dobre uczynki, któreby ich żyjący krewni za nich wykonali, zupełnie żadnéj nie przynoszą korzyści, bo głowa nie wpływa na członki od ciała odcięte. Po słowach „snem pokoju" (dormiunt in somno pacis) wspomina kapłan zmarłych, za których szczególnie modlić się chce. Dawniéj odczytywano tu tychże imiona z diptychów, dla tego to *Memento* zwane także *oratio super diptycha*, mówiąc daléj: *tym Panie! i wszystkim w Chrystusie spoczywającym racz dać, prosimy Cię, miejsce ochłody*, w którém nie ma kary; *światłości*, gdzie nie ma ciemności; *i pokoju*, gdzie nie ma bojaźni, t. j. w niebie, gdzie radość nieskończona. Ołtarz wojującego i trumfującego kościoła wykazuje się w całéj Liturgii jako jeden w swéj istocie Chrystus; z niego wytryska téż zdrój pocieszenia dla kościoła cierpiącego, przeto *schyla tu Kapłan głęboko głowę* ku Najśw. Sakramentowi przy słowach: „per eundem Christum;" nie całuje zaś tu ółarza, bo *za* kościół cierpiący w prawdzie się ofiaruje, ale on nie jest współofiarujący, jak tryumfujący, podobny do owych pokutników, którzy przy św. ofierze mogli być przytomni, lecz których do ofiarowania i komunii jeszcze nie przypuszczano, dla tego téż zmarłych przed konsekracią się nie wspomina. Oddaleniem pokutujących dusz od komunii niebieskiéj nie jestże ogień czyscowy? Ogień ich tęsknéj miłości Boga a boleści w miarę ich winy dokonywa ich oczyszczenia. *C. d. n.*

Josephus Alojsius,
Episcopus Tarnoviensis.

E Consistorio Episcopali,
Tarnoviae die 5. Nov. 1863.
JOANNES FIGWER, Cancellarius prov.

Tarnoviae & Jasło. Typis Anastasii Rusinowski, 1863.